

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ
Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli
Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opusculorvm**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm,
Aliarvmqve Observationvm ...)

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX.
Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

IX. Continvatio Svpplementorvm, Illvstrationvm Et Emendationvm Tomi I.
Hvivs Sylloges.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

IX.

CONTINVATIO SVPPLE-
MENTORVM, ILLVSTRA-
TIONVM ET EMENDATIO-
NVM TOMI I. HVIVS
SYLLOGES.

*Quorum ea, que ad Fasciculum I. pertinent,
in Fasc. quarto, num. IX. p. 924--940. repe-
ries, quibus pauca hæc haud gra-
vatim superaddes.*

Ad pag. 114. Quæ Summe Rev. D. Theod. Hæsus in Bibl. Brem. Cl. VII. p. 931. sq. (ad hunc enim locum hic respexeram,) ante aliquot iam annos promisit Analecta de M. ANT. FLAMINIO, quæque nos aliique cupide adhuc exspectavimus, ea ex parte occupata nunc sunt a Cl. Schelhornio in Amœn. Lit. T. X. p. 1148. sqq. Quare haud dubie eandem apud Cel. Hæsum, (qui Camerarii ibi memora-
to libello, quem Schelhornius iam excerptum dedit, nondum potitus esse videtur,) iniit gra-
tiam, ac apud me, cui excerpta sua benevole inscripta voluit, iniisse illum, p. 1109. fassus sum. Conf. cit. T. X. p. 1195.

*Ad pag. 215. sqq. Codicem MS. eumque au-
to graphum REGINONIS de Armonica Institu-
tione, quem Cel. Bünnemannus nunc possidet,
memorat quoque Cel. Seelenius in Memoria
Stade-*

Stadeniana, p. 279. Haud ita pridem etiam Schelhornius meus in Athœn. Lit. T. X. p. 1167. sqq. me docuit, in P. I. p. 95. Catalogi Bibl. Krysianæ, superiore anno Hagæ Comitum publice distractæ, aliud eius operis rariissimi exemplum commemorari, quod & ipsum pro *αὐλογεάΦω*, & unico in orbe, venditur. Illud si ita se habeat, statuendum foret, vel Reginonem duos Codices manu sua ipsum exarasse, (quod quidem a fide alienum prorsus haud esset, ipseque ego eiusmodi exemplum de Elia Ehingero in Bibl. Brem. Cl. VIII. p. 514. observavi;) vel Codicem Büne-mannianum in Bibliothecam Krysianam translatum fuisse.

Ad Fasciculum II.

AD pag. 243. sqq. Quam hic recudendam curavi de morte THOMÆ MORI epistolam, seu expositionem, uti vocatur, fidelem, eam etiam in Fichardiana vitarum collectione annexam esse vitæ Thomæ Mori, per Erasmus concinnatæ, ex literis Schelhornii, d. 6. Febr. 1728. ad me datis, lubens didici, qui & ibidem hoc me docuit, eandem relationem legi quoque in libro A. 1573. Monachij in 8. sub tit. Illustria Ecclesiæ Catholicæ Trophæa &c. edito, ubi quidem eadem res, eodem ordine, sed non semper iisdem verbis referantur.

Cum humanissimus amicus ille meus Fi-
char-



chardianam collectionem rarissimam usibus meis iamdiu permiserit, quod p. 927. grato animo prædicavi, nonnulla adhuc de hac epistola tunc memorabo, quando Fichardi vitas copiosius describam, quem laborem præsens fasciculus, (quam spem loco paullo ante citato facere ausus sum,) sibi vindicasset, nisi paucis post septimanis, quam promisso isthoc me obstrinxeram, gravissimum patriæ meæ incendium circulos meos turbasset. Sit ergo hic locus trito illi proverbio: Quod differtur, non aufertur; cum in Tomi II. Fasciculo I. Deo volente, una cum aliis, Fichardiani voluminis descriptionem certo B. L. expectare nunc denuo iubeam.

Ad pag. 277. sqq. Epistolarum ad Frid. Myconium collectionem Snegassianam Tenzelii Supplemento III. Historiæ Gothanæ, Ienæ 1716. 4. curante D. Ern. Sal. Cypriano, una cum cæteris supplementis edito, esse insertam, nullis tamen observationibus stipatam, aliquis amicorum meorum, doctissimus Geisthirtius d. 6. Sept. 1728. Ilenaco per literas me docuit. Quod ipsum postea confirmatuin reperi in utrisque Actis Erud. Lips. Lat. 1716. p. 156. Gerin. P. XLI. p. 315. & in Nova Bibl. Hal. P. XLIX. p. 791. Easdem quoque epistolas recudendas curaturus erat M. Iustus Christ. Vthe nius, uti ex Relat. Innoc. 1709. p. 399. sqq. perspexi; de quo instituto cum Cl. Geisthirtium per literas certiorem fecisset, ille ami corum



corum opera adiutus, in alia epistola d. 1.
Maii h. a. mihi perscripsit, b. Vthenium illi
suo proposito immortuum esse, eiusque MSta
una cum Bibliotheca, ad heredes pervenisse, in
quibus & Myconianorum collectio fuisset.

Ad pag. 292. Lutheri ad Eob. Hessum epi-
stolam & alibi nuper recusam esse, dixi p. 873:

Ad pag. 318. Ex epistolis ad Eob. Hessum,
non nisi duas inveniri inter eas, quas Draco-
nites edidit, Mosellani nempe, & Ionæ, quam
posteriorem tamen Draconites integra perio-
do, qua in Theologos invehitur Ionas, (in
Fasc. II. huius Sylloges p. 325. sqq. questus
est--benemeritus) truncaverit, quemadmo-
dum etiam in Mosellani, barbaros, pro So-
phistis posuerit, forte ne crabrones sacros
irritaret; Cl. Gesnerus, Rector Gymnasii Ro-
tenb. benemerentissimus, d. 6. Sept. A. 1728.
(eodern scil. die, quo & Geisthirtius ad hunc
ipsum Fasc. II. illustrandum, nonnulla mihi per
literas significavit, quam eius humanitatem
p. præc. prædicavi,) eleganti epistola me cer-
tiorem reddidit, & cum paullo post Roten-
burgi ad ipsum inviserem, illeque mihi Ro-
tenb. Bibliothecæ publicæ memorabilia huma-
niter & docte monstraret, producendo quoque
Eob. Hessi corpus epistolicum, a Io. Draco-
nite editum, cuius p. 318. memini, de illis,
quæ paullo ante ad me perscripserat, fidem
mihi præsenti præsens sacere non intermisit.

Ad



*Ad pag. 368. De Aldo conf. p. 669. Fasc. III.
& Schelhorn. Amœn. Lit. T. X. p. 1186. sqq.*

*Ad pag. 422. sq. Quæ hic de Frid. Blanckenburgio observavi, assensum naëta sunt
viri doctissimi, (*) qui in Bibl. Theol. Cole-
rianæ T. III. p. 369. sqq. Ven. D. Zeltneri vi-
tam Io. Lufftii erudite recensuit, & p. 388.
sqq. qualiacunque mea, ad illius vitæ partem
priorem, in Fasc. II, p. 369 - 445. exhibita
supplementa, grata sibi aliisque esse, humanissi-
me declaravit; ubi & p. 390. de Blancken-
burgio egit. Cæterum monere hic debeo,
cum ista M. Jul. 1727. scripsisset, me paullo
post, d. 13. Nov. e. a. in M. Tob. Eckhardi epi-
stolam, quam Diatribæ Boysenianæ repon-
suit, (**) incidisse, in qua Lit. C. b. eundem*

Blan-

(*) *Neque enim Rev. Colerum huius recensionis
auctorem esse, affirmavit mihi vir quidam
celeberrimæ famæ, ad quem ipse Colerus id
perscripserat.*

(**) *Quedlinburgi 1723. tribus plagiis in 4t.
prodit, qua forma utinam & primum Eck-
hardi Schediasma (vid. Fasc. II p. 393.) excu-
sum fuisset; quod in 8. editam esse constat;
vel Boysenius suam Diss. & Eckhardus epi-
stolam, qua illam Diss. excepit; similiter in
octavi ordinis forma imprimendas dedissent;
ut hæ tres commentationes, bonæ frugis ple-
nissimæ; simul compingi possent.*

Blanckenburgii locum ex Mayero productum
vidi, quod postliminio indicandum esse, putavi.

Ad Fasciculum III.

AD pag. 496. Figreliani libri recensio nunc
in Anthologia Coleri, T. I. p. 411. sqq. extat.

Ad pag. 549. Casp Huberinum Rotenburgi
ad Tubarin ecclesiastico munere nunquam de-
functum esse, postea ab Andr. Sam. Gesnero,
Gymn. illius urbis Rectore clarissimo, accepi,
qui & multis de Casp. Huberino notitiis, ad-
huc mihi ignotis, docte & humaniter me, ro-
gatu meo, impertitus est, quas alio tempore
cum L. B. communicabo.

Ad pag. 644. sqq. Schelhornii Amoen. Lit.
T. X. p. 1169. sqq. hic conferri merentur.

Ad Fasciculum IV.

AD pag. 733. sqq. In Novis Liter. Lips.
Germ. A. 1720. d. 21. Nov. p. 740. sqq.
recens. M. Sept. Diarii Gallici Jurnal des Sa-
vans dicti, in cuius Sect. VI. Apiniana Medi-
tatio, quam recusam hic dedi, descripta legitur.

Ad pag. 787. sqq. De Ge. Vogleri epistola
conferri debet Ven. D Io. Guil. de Lith iudi-
cium, quod p. 809 sq. publicavi, idque, quod
postea intellexi, pace viri longe meritissimi.

Ad pag. 825. sqq. De utroque Conventu
Suob. vid. huius Fasc. p. 876--1049. & NB M. I.
H. S. P. R. vita Georgii March Brandenb. ling.
germ. nuper ed. §. §. 20--25.

Tom. I. Fasc. V.

Bbbb

Ad



Ad pag. 902. De Io. Campano conf. p. 1111. sq.

Ad pag. 927. De Fichardi vitis v. p. 1117. sq.

Ad pag. 940. Quam in fine huius paginæ promiseram Appendicem, ob mox infecutam Halæ meæ notissimam calamitatem, ex incendio fatali ortam, & combustum in illo typographum nostrum, hucusque differre coactus sum. Quam moram, invito me factam, compensaturus, loco Appendix Fasciculum huncce V. exhibeo, cui & promissa hic de Casp. Ammanno, seu Ammonio, observatio, (ad quam locupletandam multa singularia Ven. & Cel. Wolfius Hamburgo mihi transmisit,) inserta fuisset, nisi indices adiiciendi spatiū præclusissent, quam tamen proximus Fasciculus D. v. certissime, una cum aliis (vid. p. 1118.) complectetur. In Cat. Bibl. Mencken. p. 33. ed. 1. memoratur Gandolfi Diss. de 200. cell. August. Script. Utinam vir quidam doctus de C. Ammonio p. 121. sqq. disperceret. Act Er. Lips. 1706. p. 325.

Ad Fasciculum V.

Ad pag. 1050. sqq. Ad hæc, & loca, quæ in fine p. 1060. citavi, dilucidanda, legi etiam possunt Articuli March. Brand. Casimiri de A. 1524. quos ex Spalatiniano idiographo in P. II. p. 631. sqq. Spicilegii Docum. ad Reform. Hist. pertinentium; produxit Cel. Kappius, ad quos & lectorē remittit Ven. D. Fabricius in Centif. Luther. P. II. p. 674. coll. P. I. p. 100.

INDEX



VEIHELLII (*Christiani*) Elegia Latino-
Græca in diem natalem IESV Christi.
III. 669.

WENGERI (*Melch.*) Programma de *secretis*
& fatalibus *Imperiorum* ac Rerumpubli-
carum pignoribus. III. 465.

NOVA LITERARIA , cum Observationibus
variis. I. 204. II. 446. III. 680. IV. 870.
V. 1105.

SVPPLEMENTA, Illustrationes & Emen-
dationes Tomi I. huius Sylloges IV. 924.
V. 1116.

INDICES 1. *Observationum*, 2. *Auctorum*.
3. *Rerum memorabilium*. V. 1123. sqq.

INDEX II.

AVCTORVM,

qui vel citantur, vel laudantur, vel no-
tantur, vel describuntur.

Numeri maiores Fasciculum, minores pagi-
nam indicant.

A.	Abram IV. 777. Io. Henr. Ackerus I.
G. Aberbachus II. 322.	146. 148. 169. II. 290. 303. Iac,